Vol. 3 N. 839. 40. Mss. – 16

I. N. D. N. I. C.

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA,

DE

JURE NOCTIS TEMPORE GESTORUM SPECIALI,

QUAM

Præſide Divino Numine

EX DECRETO ET AUTORITATE

MAGNIFICI, NOBILISSIMI, ET AMPLISSIMI JURISCONSULTORUM ORDINIS IN CELEBERRIMA ARGENTORATENSIUM UNIVERSITATE,

Pro

Summis in Utroque Jure Honoribus ac Privilegiis DOCTORALIBUS ritè conſequendis,

Solenni Eruditorum diſquiſitioni ſubmittit

JOHANNES ELWERTH, Idſtenio Naſſovienſ.

Ad diem 20. Decemb. A.C. 1677. h.lq; conſuet.

ARGENTORATI,
TYPIS JOHANNIS WELPERI.

Biblioteca Nazionale V.E. III NAPOLI
4.

Membrum I.

De actibus nocturnis civilibus in genere.

I.

NOx noctis vocabulum à Græcâ voce *νὺξ νυκτὸς* dictum videtur: quod nomen proprium eſt Dirarum matris, terræ ſororis, *Heſiod. & Virgil. in Lib. Æneid.* paſſim ſic appellata à nocendo, quæ indoles etiamnum nocti propria, ut nihil moderabile ſuadeat. *conf. Joh. 3. fac. can. pernitioſam 18. q. 2. & c. conſuluit 24. X. de Off. Jud. deleg. l. 1. §. 10. π. de Ventr. Inſp. §. 2. J. de Obl. ex del.*

II.

Nomothesia noſtra variam nocturni temporis agnoſcit notationem, modò ſenſu analogico, pro die uſurpat, quia diei deſervit, & dies naturalis, more Romano incipit mediâ nocte, eâque ſequente finitur. *l. more. 8. π. de Fer. ubi Zaſ. in parat. n. 9. Hoſtiens. tit. de Fer. n. 3.*

III.

Ergò Notarius inſtrumentum nocte confectum,

 citra

citra crimen falſi de die factum ſcribere poteſt, *Angel. in d. l. more. n. 6. Brunnem. in l. minorem. 20. C. de Tranſa.* modò non celebret actus ſuſpectos, in quibus, ad elidendam ſuſpicionem doli, tempus noctis omninò inſerat. *Capol. in l. 2, §. fin. π. de V. S.* Quod & in teſtamentis ordinandis pro cautelâ ſuggerit *Tiber. Decian. conſ. 65, n. 21. & 22. vol. 2.* in collatione beneficiorum de neceſſitate eſt. *C. l. X. Vt Eccl. Benef. Joſeph. Ludovic. dec. Perus. 116. n. 6. p. 2.* Et quidem tempus conſummationis non inchoationis ſpectandum, ut perfectum ante mediam noctem, tribuatur diei præcedenti, poſt verò, ſubſequenti. *d. l. more. 8. π. de Fer. ibique Bald. d. C. conſuluit. X. de off. Jud. del. ibique Innoc.* Unde natus poſt ſolis occaſum, ante mediam noctem diem præteritum habet natalem. *Cotta in memorabil. in voc. diem more Rom.* Nec pejeravit, qui juravit ſe die lunæ ſoluturum, & ſolvit ad mediam noctem. *Cotta d. l. in fin.* Latiſſima enim facienda eſt interpretatio, ad evitandum perjurium; *Pantſch, qu. pract. 10. n. 42. & 71.* alioquin poſtridiè ſolvens, materialiter quidem, etſi non formaliter & quoad reatum perjurus eſſet, quia non potuit in termino ſolvere. *Gail. L. 1. O. 142. n. 4.*

IV.

Licet paſſim confundantur actus clandeſtini cum nocturnis, quia ut plurimum nocturni actus ſunt clandeſtini, *§. 2. J. de Obl. ex del. l. 1. pr. π. de furt. d. l. 1. §. 10. π. de Vent. Inſp. Magnific. Dn. Doctor Rebhan, Fautor ac Præceptor omni honoris cultu devenerandus Hodeg. jur. edit. noviſſ. chart. 3. clim. 4. th. 7. lit. a. Crav. conſ. 78. n. 2. & 446. n. 8.* eſſentialis tamen nocturni actus hæc manet deſcriptio juridica: Cum quid

co

eo tempore geritur, quo ob privationem luminis ſolaris, tenebræ adeo craſſæ ſunt, ut quis vel ſimpliciter, vel nonniſi magnâ cum difficultate quidpiam diſcernere poſſit. *text. in c. 3. X. de homic. c. 24. X. de Off. J. del. Dd. communiter. Natta conſ. 469. per tot. Jac. de Nigr. in l. 1. §. qui præſens. n. 33. π. de V. Obl.*

V.

Inde de crepuſculo vel diluculo diſceptatur: utrum noctì, an verò diei connumerandum ſit? arbitramentum admittit, ſi præcisâ noctis acceptione artificiali, quæ per ſtatuta fit, ſeparetur diluculum prius à poſteriori, crepuſculum poſterius à priori, ac tum demum dicatur dies, cum ſol ſit ſuper terram, *text. in l. 1. C. de Cuſtod. Reor. & in c. ſi perfodiens X. de homic.* quoniam inter privativè contraria, qualia ſunt dies & nox, *l. 124. π. de V. ſign.* non datur medium nec mixtura. *l. 25. pr. π. ad L. Jul. de Adult. Chaſſan. ad conſu. Burg. §. 8. text. jour. n. 22.*

VI.

Jura ſemper præſumunt dolum contrà agentes quid in occulto ac nocturno tempore, *c. ut noſtrum. 1. X. Ut Eccl. Benef.* quia tenebræ favent ſceleribus, ſecuritatemque lucifugis conciliant, quas pia mens reformidat: *d. c. pernitioſam. 26. 18. q. 11. d. c. conſuluit. X. de off. J. del. Maſcard. de prob. vol. 2. concl. 1131. n. 13. Wehn. in voc.* Nacht. hinc milites, mulieres, minores ac ruſtici in actibus noctu abſque luminaribus lucidis celebratis, privilegiis ſuis non vallantur. *comm. Crav. conſ. 35. n. 11. Decian. conſ. 18. n. 34. vol. 1.*

VII.

Quæ dicta limitationes ſuas admittunt, quas tanquam regulas communes in univerſum huic ma-

 teriæ

Reg. I. teriæ actuum nocturnorum Dd. ſupponunt. (I.) Omnes actus extra judiciales ac legitimos,(quales ſunt pacta,diſdictæ, treugæ, inſtrumenta &c.noctu poſſe celebrari; *l.20. C. de Tranſa. ibique Alciat. Sichard. & Brunnem. Carpz. p.1.conſt 29.def.16.n.5.* modò non ſint ſuper rebus de genere ſuſpectorum ac aliàs prohibitorum, qui, extra caſum neceſſitatis noctu non poſſunt ſuſcipi. *gloſſ. & Felin. in d.c.conſuluiſti.n.20. de off. J.del. Joh. Selv. tr. Benef. p.3.q.17.* quo ſenſu conciliari poſſunt *Diſſ. Honth. L.2. de art.notar.c.11.n.19.*

Reg. II. *Jaſ. in l.more.n.20.π. de Fer. Bald.Bertaz. &c.* (II.) Si communis partium conſenſus, etiam tacitus, nemine ſcilicet contradicente, aut opponente, adfuerit, nox non impedit actum. *l.ſæpe.63.π. de R.Jud. Aym. Crav. de Antiquit. temp. p.1.p.69.n.23. Menoch. A.J. Quæſt. Lib.I. q.62.n.4. Maſcard. concluſ.1218. vol.3.*

Reg. III. (III.) Si evidens periculum in morâ ſit, ut res peritura, ultima inſtantiæ dies, aut jurisdictio expiratura, tunc nec temporis nec loci ratio habenda. *arg. l.1. & 3. π. de Fer. Seb. Medic. de caſ. fort. p.1.q.6 n.53. Dan.*

Reg. IV. *Moller. Lib.3.ſem.44.n.4.& ſeq.* (IV.) Si conſuetudo contraria inoleverit. *Laur. Tennin. tr. de caut.*

Reg. V. *caut.347. n.7. Guid. Pap. ſing.983.* (V.) Præſumtionem doli elidunt perficientes actum nocturnum, ſi cautelâ juris utantur, quæ ad minimum duo vel tria luminaria accendi teſteſque non ſuſpectos adduci deſiderat. *Crav. conſ.105. Laur. Tennin. caut.274.n.3. per l.1.§.18.π. de V. Inſp. & l.2.C de ſent. ex per. rec. Bernh. Henr. in ſum. aur. mag. com. opin. lib.3. concl. 104. Bald. & Jaſ. in l.20.n.4.C. de Tranſa.* Ubi in celebratione actuum ſuſpectorum neceſſariò tria, non ſuſpectorum verò, modò teſtes ac partes ſe invicem videre

dere non debeant, unum luminare ſufficere eleganter probat *Pol. Ripa in tr. de temp. nocturno c.113. & 147. n. 4.*

VIII.

Nec refert, cãdelæ ſint cereæ aut ſebaceæ, aut oleaginæ, modò ad expellẽdas tenebras ſint ſufficientes, nõ ſemimortuæ, aut ſtiriculoſæ; *Butr. in l. 20. C. de Tranſa. Menoch. Lib. 4. præſ. 12. n. 5.* quales etiam poſſunt eſſe ex linaceo ac rapaceo oleo, quicquid eas ſimpliciter aſpernetur *Pol. Ripa d. tr. c. 147. n. 12.*

IX.

Idem obtinere in omnibus actibus nocturnis, etiam non ſuſpectis, ut facillimè & ex levioribus, ac contrariis conjecturis præſumtam legalitatem ſuam amittant *Joh. Selv. & Felin. d. l. Bald. c. 1. de fid. Inſtr. Alciat. in d. l. non minorem. n. 3. C. de Tranſa.* Imprimis ſi datâ operâ, & non fortuitò, aut ex neceſſitate quadam fiant. *Decian. in d. c. conſuluit n. 5. de Off. J. Del. Menoch. d. l.*

Membrum II.
De Nocturnis Civilibus in ſpecie.

X.

Donationes quum ſint è genere ſuſpectorum, ac inde ex leviori quavis ſuſpicione invalidæ reddantur, de nocte fieri nequeunt, propter clandeſtinitatem. *c. 1. X. ut Eccl. Ben. l. donatio. 25. cum gloſſ. C. de Don. conſ. l. 54. π. de adm. tut. l. 5. §. 4. π. de auth. tut. l. 3. §. 1. de Jure fiſc.* **Modi inducendæ obligationis inter vivos.**

XI.

Operæ artificiales, ſeu fabriles (ab officialibus diſtinctæ) ſunt diurnum officium, ideoque noctis tempore non poſſunt exigi *l. 1. & 3. de oper. Libert.*

l. 2.

l.2.in f.π.d.ann.leg.Zaſ.l.ſing.reſp.3. Volentes tamen operari noctu, favori pro ſe introducto, renuntiare poſſunt. *l.29.C.d.Pact.c ſi de terra 6.x.d.privil.* Ne tamen id fiat in præjudicium conductoris inviti, cui opera de mane melior, quàm de ſero, cujus favori alter renuntiare nequit. *Gail.l.O.40.n.10.*

XII.

Porrò cum durum ſit, patentibus foribus, metu inſidiarum, inſomnes noctes ducere, ſervitutes diurnas in prædiis urbanis (quales itineris aquæductus &c.) nemo noctu exercere poteſt *l.14.ibiq; gloſ. ac Dd.π. Comm.præd. l.2.π.d. Aqu. quot.* Quod ſi minimum immineat periculum, debentibus ſervitutem aperturæ, Domino aut confœderatis portas de nocte adaperire non tenentur. *Florian. in d.l.14.* Neque domeſtici fores reſerare tenentur domeſtico oberranti nocte, *Capol.d.ſerv.U.Præd.c.38.n.1.* niſi neceſſitas aut ſolſtitium hybernum urgeat.

XIII.

Modi tollendæ obligationis.

Amittuntur ſervitutes nocturnæ, ſi quis iis utatur interdiu & non nocte, *l.10.§.1.π.Quemad.ſerv.am.l.17.π.d.Aqua.* conſtituto tempore decennii. *l.6.π.d.Serv.P.V.l.pen.C.d.Servit.*

XIV.

Reſignationes ac renuntiationes, cum ſint odioſiſſimæ, ac è genere ſuſpectorum, *c.ſane.ibiq; gloſ. d.Renunt.Cardinal.conſ.120.in f.* facileque alicui præjudicium pariant, maximè ſi fiant ab ægrotante, de nocte ſimpliciter fieri nequeunt. *Capol.in l.2.π.d.V.S. Greg. Toloſ.ſynt.p.2.tit.particularis.d.Vac.Beneſ. n.25.*

XV.

Oblatio incongruo tempore ac loco facta nullius eſt effectus. *l. qui Romæ. 122. π. d. V. Obl. l. ſi ſolutu-rus. 39. ibiq; glos. & Bart. π. d. Sol.* Ergo ſolutio noctu offerri nequit, quod & fit propter periculum reprobæ monetæ ac robbariæ; *Sich. in l. 19. n. 15. ibiq; Bald. in 2. qu. C. d. Uſur.* quod etiam intelligendum de oblatione nocturnâ ad retrahendum: quicquid diſſent. *Chaſſan. Carpan. & Tiraquell.* de quorum errore miraculum reputat *Felin. in c. conſuluit. Pol. Rip. d. l. c.* 109: Neque locator equi de nocte tenetur equum recipere *Ias. in l. more Rom. π. d. Fer.* Interim operabitur purgationem moræ oblatio nocte facta, *l. 17. π. d. Per. & com. R. V. Guid. Pap. ſing.* 1983.

XVI.

Ultimæ voluntates, (quales teſtamenta, donationes mortis causâ, ac codicilli) quoniam ſunt è genere ſuſpectorum, licet ut plurimum comitem habeant neceſſitatem ſi non realem, ſaltem imaginariam, propter mortem imminentem, noctu absque tribus luminaribus pariter ac alij ſuſpecti actus non poſſunt celebrari. Idque tàm propter *d. l. 1. §. 10. ibi. tria lumina. π. d. V. Inſp.* quàm *l. 9. ibiq; Dd. C. d. Teſtam. l. 12. pr. Eod.* ubi teſtes teſtatorem videre debent; quod eſt ad probationem non ſolennitatem ultimæ voluntatis: notum enim illud Iſaaci, vox Jacob & manus Eſau: *Gen. 27.* Et *Clar. in §. teſtamentum. q. 59. n. 4.* refert, mulierem quandam mariti mortui vocem per ſuppoſititium repræſentaſſe, teſtamentumque pro ſe condidiſſe. *Michael. Graſſ. §. teſtamentum. q. 59. n. 5. Menoch. cons. 288. n. 29. Cornel. cons. 18. vol. 2.*

Modi Inducendæ obligationis mortis cauſa.

Membrum III.

De Nocturnis Criminalibus.

XVII.

De delictis propriis. Delicta nocturna ſunt difficilis probationis, quia in occulto committuntur. *c. qualiter. 17. x. d. accus. c. quaſitum. 7. x. d. pœn. & rem.* Neque enim ſcrutator cordium omnes in hoc mundo punit, ne deſperes judicium futurum, neque omnes impunes relinquit, ne de providentiâ ejus dubites. *c. ſi omnia. 7. 6. q. 1. c. conſuluiſti. 20. 2. q. 5.*

XVIII.

Ne ergò impunitate alii lactentur, jura tàm ratione capturæ, quàm torturæ animoſius in nocturna ac probatu difficilia delicta inquirunt, levioribusq; conjecturis etiam à tempore deſumtis vim plenæ probationis tribuunt, *Maſcard. d. prob. concl. 830. n. 4. & concl. 1196. n. 14. Evera. Loc. leg. in præamb. n. 20. 30. per l. 137. §. 2. in f. π. d. V. O.* cum hic ſufficiat ea certitudo, quæ haberi poteſt, *Carpz. pr. cr. p. 2. q. 60. n. 6. p. 3. q. 148. n. 49. cum ſeq.* nox enim eſt circumſtantia aggravans delictum ac præſumtionem doli. *l. inter effractores 2. π. d. Effr. & Expil. l. 16. §. 5. π. d. pœn. l. 9. π. ad l. Corn. d. ſicar. Ord. cr. Car. V. art. 167. pr. & art. 150. vers. item* ſo jemand bey Nächtlicher weil. Et hoc operatur, quod delicta nocturna ac occulta gravius puniantur diurnis: *l. 68. π. d. rit. Nupt.* Eſt enim hæc occultatio cauſa impulſiva peccati. *Thom. raræ. q. 66. art. 3.*

40.

XIX.

Muros ac portas municipiorum doloſè tranſcendentes, quanquam hodiè arbitrariè puniantur, *Berlich. dec. 70. Bachov. ad Treutl, vol. 2. Diſſ.XIX. θ. 1. Lit. E. & Inſt. de Rer. Div. §. 7. n. 3.* ſi tamen noctu hoſtiliter violaverint, quod hoſtilitatem aggravat, capitis pœnâ plecti poſſe, nòn eſt dubium.

XX.

Effractores nocturni olim fuſtibus cæſi in metallum damnabantur, *l. 2. π. de Effract.* in cujus locum hodiè pœna triremium ſucceſſit. *Carpz. pr. cr. q. 129. n. 8.*

XXI.

Nocturnos verò agrorum populatores, ac quoslibet viarum obſeſſores & aggreſſores, canones privant eccleſiaſticâ impunitate, ſi confugiant ad eccleſiam, *c. inter alia. X. de Imm, Eccleſ.* quos & occidere cuivis impune eſt. *l. 1. C. Quand. lic. cuiq. ſine jud. ibiq. Brunnem. n. 4. ad d. c. ſi perfodiens. X. de homic.* Aggreſſio enim nocturna inopinata, ſemper præſumitur animo occidendi fieri. *Menoch. Li. 2. A. I. Q. caſ. 361* Niſi ſe dederint, tunc enim Magiſtratui ſunt tradendi. *Gilhauſ. arb. cr. c. 2. tit. 12. n. 51.*

XXII.

Furem nocturnum impunè occidere licet, quia neſcimus, an ad occidendũ, an verò ad furandum venerit *Exod. 22. v. 2. c. ſi perfodiens. x. de homicidiis, l. furem nocturnum π. ad l. Corn. de ſicar. l. 54. §. 2. X. π. de furt.* Neque ei parcere ſine periculo noſtro poſſumus. *d. l. 1. C. Quand. lic. unic. ſin. jud.* modò (1.) occiſor id cum clamore teſtificetur; *l. itaque, π. ad Leg. Aquil.* (2.) ob defenſionem ſui rerumque non autem ob rem minimam extra domum occidat; *l. ſi ex plagis §. 1.*

 Ad

Ad Leg. Aqu. c. 10. ſuſcepimus, X. de homic. Emer. à Rosbach. pr. cr. c. 12, n. 6. (3.) nec teſtes habuerit, nec effugientem capere potuerit, nec cognoverit. *d. l. etſi. 5, π. ad Leg. Aqu. Carpz. pr. cr. p. 1. q. 32. n. 38.*

XXIII.

Adulterum nocturnum vilem maritus occidere poteſt; nobiliorem ſi occiderit, mitius punietur, quia nox & dolor juſtus factum ejus relevant. *l. Gracchus Leg. 4. C. ad Iul. de Adult. ibique Dd. l. 24. & 25. π. Eod.* Cæterum probabiliter concludimus eam adulterari aut meretricari, quæ eo tempore pudicitiæ inimico extra domum clam ſine juſtâ causâ pernoctavit. *l. conſenſu. 8. §. 3. C. de Repud. Gilhauſ. arb. I, crim. c. 6. §. 9.* imò & eos qui noctu domum pulchræ uxoris frequentare ſoliti, & ab eâ clam immiſſi ſunt. *Maſcurd. de prob. concl. 61. Carpz. pr. cr. p. 2. q. 60. n. 26, Gilhauſ. d. l. §. 10.* Vel alibi ſolus cum ſolâ in abditis ac occultis locis nemoribuſque ſe ſuſpectum reddit, *c. 12. & 13. X. de Præſumt.*

XXIV.

De quaſi delictis.

Edicto, de his, qui effuderint vel dejecerint, non tenentur effundentes nocte, ſi prætereunti damnum datum ſit; *l. 6. §. 1. Labeo. π. de his qui, effud. vel dejec. ibique Dd.* quod ſi quibusdam locis etiam nocte iter fiat, judicis erit inſpectis circumſtantiis arbitrari. *Ripa d. tr. c, 43. n. 4.*

XXV.

Aſt piſcatores nocte lumine oſtenſo in loco periculoſo, quò nautæ non acclamati, exiſtimantes ſe ad portum appellere, occurrant autem ſcopulis, te-

nentur de ſecuto naufragio. *l. 10. cum gloſ. ff. de Inc. Ruin. Nauf. Straccha tr. de Naut. p. 3. n. 34. Seb. Medic. tr. de Venat. p. 1. q. 14.*

XXVI.

Ac porrò qui publicis negotiis cuſtodias nocturnas deſiderantibus inſerviunt, totam noctem vigilare debent. *l. 3. §. 3. ff. de off. præf. vig.* Inde excubitores civitatum, caſtellorum, ac carcerum pro reparandis damnis ac furtis nocte commiſſis etiam ob leviſſimam culpam obligantur, uti *per l. 52. §. 3. ff. pro ſoc. Farin. q. 31. n. 40. p. 1. Menoch. Lib. 6. præſ. 61. n. 34. Galleot. de Gualdis conſ. 100. n. 11.* Ex quâ præſumtione juris pariter ac nautæ caupones, ac ſtabularii, cum ſuis familiaribus ratione receptorum noctu contrectatorum torqueri poſſunt, etiamſi alia indicia non extent, modò ſint leves qui veriſimiliter ſcire potuerint. *Maſcard. concl. 469. n. 2. & concl. 829. n. 11. Farinac. de Indic. q. 37. n. 156. Capol. conſ. cr. 18. n. 24.*

XXVII.

Noctambuli ac dormientes, ſi deliquerint, aut occiderint quempiã non puniuntur. *clem. un. de homic. c. ſi concupiſcentia. 8. 15. q. 1. c. majores. 3. §. ſed adhuc. & §. item quæritur. X. de Baptiſm.* Niſi vigilando rati habuerint, *Gilhauſ. arb. jud. cr. c. 5. ramuſc. 3. n. 155.* aut ſciverint ſibi talia in ſomniis obtingere, neque tamen caverint obſerando oſtium, tunc ſanè erunt in culpâ, ac extraordinariè puniendi. *Clar. §. fin. q. 60. n. 13. Gail. 2. O. 110.*

Membrum IV.
De Nocturnis Judicialibus.

XXVIII.

Judicia non niſi inter ortum & occaſum ſolis, fieri debent: nocte enim conquieſcant, ut nec Judex quid ſtatuere poſſit. *c. conſuluit. 24. X. de off. jud. del. l. 2. §. 31. π. de O. I. Nov. 82. c. 9. ibique gl. & Dd.*

XXIX.

Citationes ac Edicta, quæ debent emanare tempore congruo, ac diebus juridicis, *l. 2. π. ſi quis in jus voc. non ier. l. fin. C. de R.r.* ſi fiant noctu vel ad noctem non arctant; ſed nullitati ſunt obnoxia. *Socin. de cit. art. 19. n. 12. Felin. in c. ex parte Decani. n. 33. n. 7. X. de Reſcr.*

XXX.

Unde inferendum, nullos actus judiciales citationem tanquam ſubſtantiale requirentes, nocturno tempore poſſe expediri, uti ſunt omnes cauſæ cognitionem deſiderantes, *l. 13. pr. π. d. Min. c. 1. x. d. caus. poſſ. Hartm. Hartm.* 3. *O. 2. n. ult.* aut præjudicium tertii ſpectantes. *Aym. Crav. d. tr. d. Ant. temp.* 1 *p.* 13. *n.* 21. Ergò nec nocte fieri poſſunt reſtitutio in integrum, *d. l.* 13. nec juramenta teſtium nec partium. *l.* 19. *C. d. Teſt. ibiq. Bald. n. 5.* Examina autem teſtium ſimplicia, quæ ſunt actus extrajudiciales, noctu æq; ac die feriatâ exerceri poſſunt. *Pacian. d. prob. L. 1. c. 47. n. 60. Ripa d. tr. c.* 130. *n. 9.* Nec arreſtum nocte peti poteſt, niſi periculum ſit in morâ. *Carp. p. 1. conſt.* 29. *def.* 16. *n. 4.* Nec litis conteſtatio. *Innoc. in c. conſuluit. n. 5. d. off. I. del.*

Neque

Neq; inventarium quod requirit citationem eorum quorum intereſt nocte confici poteſt. *Rol. à Vall. d. Invent.p.3.c. citandi deniq;.& ſeq. Monticulus. d. Invent. c.8.n.13.*

XXXI.

Teſtes de facto nocturno deponentes, non ſunt ſuſpecti ſi proprio motu addant rationem dicti ſui, quod licet luna, vel lumen lucernæ, vel ignis luxerit; ſic enim præſumtionem à tenebris elidunt. *Maſcard.d. prob.concl.113.n.2.& 4.Clar.L.5.§.fin.qu.21. n.3.* Imò & admittuntur in criminalibus nocturnis ac occultis, teſtes inhabiles & infames. *Brunnem.proc.c.20.n.7.Rol. à Vall.cons.3,n.37.vol.3.* quod imprimis de denuntiationibus complicum intelligendum.

XXXII.

Neque ſententia ac laudum quod inſtar ſententiæ eſt *l. 1. π. d. recept. & qui arbitr. recep.* nocturno tempore ferri poteſt. *Marant.ſpec.aur. d.ſent.num.87. Vant.d.Nullit. ſent. ex def.jur.ord n. 137.Umm.Diſp.ad proc.Jud.19.th.7.n.20.* Arbitramentũ tamen quod ſpecies tranſactionis ac contractus eſt, nocte ferri poteſt.

XXIII.

Etſi appellatio in ſcriptis tanquam ſpecies defenſionis quocunque tempore intra decendium interponi poſſit *Scacc.d.Judic.L.2.c.5.n.72 Viv.com.opin.703 n.6.* Apoſtoli tamen qui congruis locis ac tempore peti debent, non poſſunt nocte requiri. *c. ab eo. 15.inf. ibiq; gloſ.d.Appell.in 6.*

XXXIV.

Denique executiones criminales, itemque torturæ ad pœnam, invenræ ſunt ad conſervationem diſciplinæ externæ, ut abſterreantur publico ſcandalo delinque

linquentium deteriorati, quamobrem malefici noctis tempore non poſſunt executioni tradi. *Guil, Bened.in repetit, c Raynutius n.107.& ſeq.*

XXXV.

Tandem nec accurata eſt ſententia *Pol.Ripæ d.tr.c.55.n.13.* ubi exiſtimat, crimina nocturna non tolli præſcriptione vicennali uti diurna, ſed perpetuò puniri poſſe, quia noctu perpetrentur, quod accuſatores licitè ignorent neque præſumantur adverſario probationes ſubtrahere per tantum tempus. Sed defenſionem non admittit: (1) propter generalitatem *l.12.C.ad. L.Corn. d.ſicar.l.2.& 3.π. d.Requir.ſ. abſent damn.* quæ non diſtinguunt inter delicta, neque alibi nocturna excipiunt, generaliter autem ſcripta generaliter intelligenda ſunt, *l.15.§.f.π. d. Teſt. mil.* (2) quia principales rationes, ne perplexis ac immortalibus querelis tribunalia perſonarent, & tantum tempus reo probationes abſumeret, generaliter de criminalibus ac civilibus præſcriptionibus intelligendæ ſunt. *Carpz. pr.cr.p.3.q.141.n.10.* (3) Communis Dd. ſententia præſcriptionem admittit in delictis occultis, quæ pariter non potuerunt ad notitiam accuſatoris pervenire. *Caſtrenſ.p.2.conſ.183.n.2. Bart. in l. Labeo n.2.π.ſi quis in teſt. Lib.eſſe juſſ. Nell.d.Bannit.in 2.part.prim.temp.q.3.* Præſcriptio enim delictorum etiam ignoranti currit. *Carpz.d.l.n.24.* (4) Sublato ſcandalo per tantum tempus tollitur etiam pœna, quæ eſt propter ſcandalum; *c.ſi peccavit 19.2.q.1.Ameſ.d.conſc.L.5.c.54.n.31.37.* adeò ut etiamſi quis poſt præſcriptionem confiteatur delictum, tamen non poſſit puniri *Alex. & Bart.in d.l Labeo* quia confitetur id, de quo contra eum non eſt actio.

Corollaria.

Poſſeſſio malæ fidei eſt juſta poſſeſſio.

Incendium præſumi culpâ inhabitantium exortum, *contra Andr. Rauchbarum* probo.

In feudis ac hypothecis etiam ædibus combuſtis areæ manent obligatæ, quod in uſufructu non procedit.

FINIS.

VA1 152274 9